

Est ista felicitas: Sit licet: sed sinistra. Quid est sinistra? Temporalis: mortalis: corporalis. Nolo illam iam diffugas: sed neque dexteram putes. Non enim isti ideo maligni: ideo vani: quia his abundant: sed quia id quod sinistrum esse debuit in dextera ponebant. Ideo et dextera eorum dextera iniquitatis: ideo os eorum locutum est vanitatem: quia hoc in dextera posuerunt: quod in sinistra habere debuerunt. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Beati eternitatem: annos dei non deficientes: de quibus dicit: Et anni tui non deficient. Ibi dextera: ibi esse debet desiderium nostrum. Sinistra vitamur ad tempus: dexteram desideremus in eternum. Vitamur si affluant: ne apponatis cor. Si enim diuitijs fluentibus cor apposueritis: quod sinistrum est dexterum facietis. Corrigit vos: agnoscite sapientiam amplectentem vos: cui dictum est: Sinistra eius sub capite meo: et dextera eius circumplectet me. Videte amatoria sancta cantica: videte cantica cantorum nuptiarum celestium christi et ecclesie. Quid dicit sponsa de sponso? Sinistra eius sub capite meo: et dextera eius circumplectet me. Sinistra sub capite: dextera super caput. Amplectentis enim desuper brachium super caput: sinistra autem subter caput. Sinistra inquit eius sub capite meo. Non enim me deseret: et in temporalibus necessarijs: sed tamen ipsa sinistra sub capite erit. Non capiti proponet: sed sub capite erit: ut dextera eius circumplectat me: pollicens vitam eternam. Ita enim sinistra sub capite si dextera super caput: impletur quod ad Timotheum scriptum est: Promissionem habens vite presentis et future. Promissionem inquit habens vite presentis et future. Quid in presenti? Sinistra sub capite. Quid in futuro? Dextera eius circumplectet me. Tempora necessaria queritis: Querite primum regnum dei: id est dexteram: et hec omnia apponent vobis. Habebitis hic inquit diuitias et gloriam: et in futuro seculo vitam eternam: et in sinistra pertinebo infirmitatem vestram: et dextera coronabo perfectionem vestram. An forte apostoli relinquentes omnia sua: aut pauperibus quod habebant distribuentes sine diuitijs in hoc seculo remanserunt? Et ubi est illa promissio sinistra? Accipiet in hoc seculo septies tantum: Multiplicationem promissit. Et reuera quid desit homini dei? Si quis forte infidelis est: vitam omnium: aut paucas habet: fidelis hominis totum mundus diuitiarum est. Vide sinistram eius plenam sub capite: accipiet in hoc seculo septies tantum. Vide dexteram circumplectentem: et in futuro seculo vitam eter-

nam. Merito et alio loco de ipsa sapientia dicitur: In dextera eius anni vite: et in sinistra eius diuitie et honor. Unde et isti vaniloqui: Quare vanitatem locutum est os eorum? Quia dextera eorum dextera iniquitatis. Non ergo eos arguo: quia filij eorum velut nouelle constantie a iuuetute sua: nec quia filie eorum ornate: sicut similitudo templi: nec quia cetera abundantia et pariter terrena aderat eis. Sed quare arguo? **Beati dixerunt populus cui hec sunt:** loquentes homines vanitatem: beati dixerunt populus cui hec sunt. Perdiderunt veram dexteram maligni perversi: beneficia dei vniuersi se vestierunt. Maligni: o vaniloqui: o filij alieni: beati dixerunt populum cui hec sunt. Quod ad sinistram erat: ad dexteram posuerunt: Beati dixerunt populum cui hec sunt. Quid tu David? Quid tu corpus christi? Quid vos membra christi? Quid vos non filij alieni: sed dei? Quis vaniloqui filij alieni: beati dixerunt populum cui hec sunt: Vos quod dicitis: **Beatus populus cui dominus deus ipsius.** Habete ergo sinistram: sed in sinistra desiderate dexteram: ut ponamini ad dexteram. Ad sinistram enim habuerunt sinistram: apud quos esuriuit: et dederunt ei manducare: sitiuit potum dederunt: hospes fuit susceperunt: nudus fuit vestierunt: Hoc totum de sinistra abstulerunt: et ad dexteram operam transferunt: ut ad dexteram ponerent. Bixerunt ergo vaniloqui filij alieni: beati populum cui hec sunt: vos dicite nobiscum: beatus populus cui dominus deus ipsius.

Alia ista.
t eius.

Explicit Tractatus de ps. CXLIII.
Incipit Tractatus de ps. CXLIII.

Prefatio.

Laudare vobiscum dominum desiderauimus. Et quoniam bene procedere dignatus est: ut laus quam illi dicimus: habeat ordinem suum: ne forte aliquo excessu quem laudat offendat. Melius iter laudis in scriptura dei quoniam: ne ab ipsa via: nec in dexteram: nec in sinistram digrediamur. Audeo enim dicere caritati vite: ut bene ab homine laudet deus: quia laudauit seipsum deus. Et quod dignatus est laudare se: id inuenit homo quemadmodum laudet eum. Neque enim bene potest dici deo quod dictum est homini. Non te laudet os tuum. Ut enim se homo laudet: arrogancia est. Ut deus se laudet: misericordia est. Prodest amare quem laudamus. Bonum amando: nos meliores efficiamus. Itaque quoniam hoc nobis prodesse nouit ut amemus eum: laudando se amabilem se facit: et in eo nobis consulit: quia se amabilem facit. Exhortatur ergo cor nostrum

in laudem suam: et spiritu suo implevit seruos suos ut laudarent eum. Et quoniam spiritus eius in seruis eius laudat eum: quid aliud quam ipse se laudat.

Alia lra.
† non habet.
tuo. in seculo tuo.

Expositio psalmi.
Exaltabo te deus meus rex meus: et benedicam nomen tuum in seculo et in seculo seculi. Videtis inchoatam esse laudem dei: et usque ad finem psalmi laus ipsa producit. Beneque titulus psalmi est: **Laus ipsi David.** Et quoniam dictus est David qui venit ad nos ex semine David. Ipse autem rex noster est: reges nos: et introducens nos in regnum suum: intelligitur laus ipsi David: laus ipsi christo. Christus autem secundum carnem David: quia filius David: secundum diuinitatem autem creator David: et dominus David. Beneque et apostolus cum honoraret primum populum dei vestrum et apostoli ipsi crederent et multe ecclesie prime facte sunt: facientes in multis hominum milibus quod modo ex euangelio diues vnus audiuit: et tristis abcessit: id est videtes omnia que habebant: et distribuentes pauperibus: et perfectionem in domino requireres: **U** ergo laudasset ipsum populum primum sic ait: Quorum patres et ex quibus christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula. Quia itaque ex ipsis christus secundum carnem: ideo David. Quia vero ipse est super omnia deus benedictus in secula: ideo exalta bo te domine deus meus rex meus: et benedicam inquit nomen tuum in seculo et in seculo seculi. Forte in seculo hic: in seculum autem seculi in eternum. **M**odo autem incipe laudare: sed in eternum laudaturus es. Qui laudare non vult in transitu huius seculi: obmutescet cum venerit seculum seculi. Proinde sequentibus versibus prope hoc dixit. **N**e quis etiam aliter intelligeret quod ait: **L**audabo nomen tuum in seculo: et quereret aliud seculum quam laudaret. **P**er singulos: inquit: dies benedicam te: **L**auda ergo et benedic dominum deum tuum per singulos dies: ut cum finiti fuerint singuli dies: et venerit sine fine vestrum dies: eas ex laudibus in laudem: sicut ex virtutibus in virtutem. **P**er singulos inquit dies benedicam te: non transiet dies quo te non benedicam. **N**ec mirum est si leto die tuo benedicis deum tuum: **Q**uid si forte illuxerit aliquis tristis dies: sic se habet humane res: sicut est abundantia scandalo: sic est multiplicatio temptationum: **Q**uid si aliquid accidat triste homini: desines laudare deum: desines benedicere creatorem tuum: **S**i desines: metitus es: dicendo: **P**er singulos dies benedicam te domine. **S**i autem non desines: et si

Alia lra.
† tibi.

tibi videris in die tristi male: erit tibi in deo tuo bene. **E**st enim et quoniam male est tibi: ut bene tibi sit. **S**i enim in aliquo malo male est tibi: proculdubio in aliquo bono bene tibi erit. **E**t quid tam bonum quam deus tuus: de quo dictum est: **N**emo bonus nisi vnus deus: **N**am quoniam sit secura ista laudatio: et quoniam sit securus: bene intelligere de ipso bono. **N**am si gaudes de bono quod tibi accidit per diem: fortasse transierit alio die hoc vestrum gaudes bonum. **B**ene fuit tibi: bonum diem duxi: quia forte lucra venerunt: aut inuitatus es: aut in epulis diu fuisi. **G**audes: quia in epulis diu fuisi: alter te dolet: quia non erubuisti. **V**eritatem de quocumque tali bono gaudeas: certe transitorium est. **S**i autem gaudeas in deo tuo: audies dicentem scripturam: **B**electare in domino: **L**ato firmo gaudebis quoniam ille certior in quo gaudebis. **S**i. n. gaudes de numero: times furere. **S**i autem gaudes de deo: quid times? **N**e tibi quisquam auferat deum: **B**ene nemo tibi auferet: si tu eum non dimiseris. **N**on enim sic est deus: quod lux ista de celo fulgens: non quoniam volumus ad eam accedimus: quia non in omni loco lucet. **P**er infirmitatem nostram forte fit: ut hyeme nos delectet esse in ipsa luce. **N**unc autem per estatem videtis: quia magis eum locum quam uim: ut in ipsa luce non starem. **I**n deo autem tuo quoniam stas: et in lumine eius veritatis delectaris: non queris locum quem ad eum accedas: sed conscientia accedit: et conscientia recedit. **Q**uod dictum est: **A**ccedite ad eum et illuminamini: aio dictum est: non vehiculo: **A**ffectibus dictum est: non pedibus: **E**t cum in eo stabis: estus non patiens. **S**piritus enim spirabit tibi: et sub alis eius sperabis. **V**ides enim hunc te quod delecteris per singulos dies. **N**ec enim te dimittet deus tuus: etiam si aliquid triste acciderit. **D**e. n. triste erat quod scilicet viro Job acciderat: quoniam repete: quoniam multa mala quemadmodum omnia de quibus gaude putabat: non de quibus gaudebat: diabolo temptante subtracta sunt: quemadmodum de filii mortui sunt: **P**erijt quod seruabat: pierunt quibus seruabat: nec tamen perijt quod et illos et illos dedit. **E**t ipsi filii perijt seculo pierunt: agnoscendi et recipiendi in futuro. **I**lle tamen vir bene aliud vestrum gauderet in quo verum erat quod modo commemorauimus per singulos dies benedicam te. **N**ihil quid quia ille dies qui totum pierat tristis illuxit: ideo lux interior in corde defecit: **S**tetit prope in illa luce et ait: **B**ene dedit: dominus abstulit: sic domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. **E**rgo per singulos dies laudauit: quod etiam in die tristi laudauit. **B**reue mysterium est ut super laudes deus: veroque corde si falso dicas. **B**endi-

cam dominū in omni tempore semper laus eius in ore meo. Breue mysteriū est scilicet vt noueris euz misericorditer dare cū dat: misericorditer auferre cum tollit: nec te credas a misericordia eius derelinqui qui tibi aut blandit dando: ne deficias: aut corripit exultantē: ne pereas. Siue ergo in eius donis: siue i eius flagellis: lauda eū. Laus flagellantis medicina ē vulneris. Per singulos inquit dies benedicā te. Proxius p singulos dies fratres benedicite: omnino quicquid accident: benedicite deū. Etenim ne accidat aliquid qd ferre nō potestis: ipse facit. Ideo cū timore debes esse: qm̄ tibi bñ est: neq; te ad hoc parare quasi nunq; tempteris. Si em̄ nunq; temptaris: nunq; pbaris. Nōne meli⁹ ē temptari ⁊ pbari q̄ nō temptatū s̄probari? Et laudabo nomē tuum in seculum ⁊ in seculū seculi.

Magnus dñs ⁊ laudabilis valde: Quātū dicturus erat: que verba quesiturus: quātā cōceptionē cōclūsit i vno valde. Cogita quātū vis. Qm̄ aut̄ p̄ cogitari q̄ capi nō potest: Laudabilis ē valde. **Et magnitudinis eius nō est finis.** Ideo dixit valde: qz magnitudinis ei⁹ nō ē finis: ne forte incipias velle laudare: ⁊ putes te laudando posse finire: cui⁹ magnitudo finem nō potest habere. Noli ergo te putare eū cui⁹ magnitudinis finis nō est sufficienter posse laudare. Nōne ḡ melius ē vt quō ipse nō finit: nec laus ipius finiat: Illi⁹ magnitudo sine fine est: ⁊ tua laudatio sine fine sit. De magnitudine eius quid dictum est: Magnitudinis eius nō ē finis. De tua laude quid: Laudabo nomē tuū in seculū ⁊ in seculū seculi. Ergo sicut eius magnitudinis nō ē finis: sic tue laudis nō erit finis. Non em̄ cum mortuus fueris in hac carne desines laudare dñm. Victū est quidē: nō mortui laudabūt te domine: sed illi de quibus dicit: A mortuo velut qui nō sit perit cōfessio: nō illi de quib⁹ dixit: Qui credit i me licet moriat̄ uiuet: qz deus Abraā: de⁹ Isaac: ⁊ deus Jacob: nō est mortuorū sed viuorū. Si em̄ nunq; nisi ipius eris: nunq; laudē ipius tacebis. Timere poteris nedū hic viuus ipius sis: ⁊ cū mortuus fueris nō ipius sis: Audi apostoluz promittentē tibi securitatē: siue viuim⁹ dño viuim⁹: siue morimur dño morimur: siue ergo viuim⁹ siue morimur dñi sumus. Et vnde factuz est vt eius sis ⁊ mortuus: Quia p̄cio sui sanguis te redemit ⁊ mortuus: Quomō pdit seruū

mortuū: cui⁹ mors ē precis tuū. Ideo cum dixisset: Siue viuim⁹: siue morimur dñi sumus: vt ostēderet ipm̄ p̄cū. Ad hoc em̄ inquit christus mortu⁹ ē: vt ⁊ viuorū ⁊ mortuorū dominef. Verūtamē qz magnitudinis eius nō ē finis: ⁊ eū que nō capim⁹ laudare debem⁹. Si em̄ capim⁹: magnitudinis ei⁹ ē finis: si aut̄ magnitudinis eius nō est finis: capere ex eo aliquid possum⁹: desū tñ totuz capere nō possum⁹: tanq; deficiētes in eius magnitudine: vt reficiamur ei⁹ bonitate: ad opa respiciam⁹: ⁊ de opib⁹ laudem⁹ opantem: de cōditis conditorē: de creatura creatorē. Videamus que hic fecerit: que nobis nota sunt: que nobis manifesta sunt. Illius em̄ imensa bonitas ⁊ intermīabilis magnitudo quātā alia fecit: que nos nō nouim⁹: Qm̄ quidē acie oculorū nostrorū vsq; ad celum extendim⁹: ⁊ a sole: ⁊ a luna: ⁊ a stellis rursus reuocam⁹ ad terrā: et hoc totū spacū est vbi vagat̄ acies nostra. Ultra celos q̄s extendit vel acie mentis nō dicam carnis: Ergo quātū nota sunt nobis opa eius laudem⁹ eum p̄ opa eius. Inuisibilia enim eius a p̄stitutiōe mūdi p̄ ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciunt. **Generatio ⁊ generatio laudabit opa tua:** Omnis generatio generatio laudabit opa tua. Forte em̄ oīs generatio dicta est generatio ⁊ generatio. Nō em̄ tādiu dicitur⁹ erat generatio ⁊ generatio: q̄ diu finiret numerū oīm generationū: sed repetitio loquētis in infinitū misit animū cogitantis. Ecce ista generatio que nūc in carne ē trāsitura hinc: sic venit laudat opa dei: et illa que succedēti cedit: laudabit vtiq; opera dei: ⁊ post illā erit alia: ⁊ vsq; in finē seculi q̄ multe generationes. Hoc significās: ait: generatio ⁊ generatio laudabit opa tua. An forte duas q̄sdā generatiōes insinuare voluit ista repetitiōe: Sum⁹ em̄ in ista generatione filij dei: erimus in illa generatiōe filij resurrectionis. Appellauit scriptura filios resurrectionis: ipaz resurrectionē regenerationē vocauit. In regenerationē inqt cū sedent filij hominis i maiestate sua. Itē in alio loco: Nō em̄ nubent neq; vxores ducēt cū sint filij resurrectionis. Ergo generatio ⁊ generatio laudabit opa tua. Laudam⁹ nūc opa dñi cum i hac mortalitate viuim⁹: Et si laudam⁹ p̄pediti. quō laudabim⁹ coronati: Ergo h̄ nunc attendam⁹ i hac generatiōe opa dñi: i cui⁹ laude dī: Generatio ⁊ generatio laudabit opa tua: qm̄ magnitudinis tue nō ē finis. Opa

Alia ffa
t n. mis.

Alia ffa
t laudabūt.

Alia lra
t potentia.
t pnuiciabunt.

tua intueri licet vt tu lauderis qui talia ope-
raris. **Et virtute tuas annuiciabunt.**
Nec enim op'ra tua laudabunt: nisi vt vir-
tutem tuam annuicent. Proponuntur lau-
des pueris in schola: et omnia talia pponuntur
que laudent: quoru deus est operator.
Proponitur homini laus solis: laus celi:
laus terre: vt ad minora veniam: etia laus
rose: laus auri. Omnia ista opera dei sunt.
Proponunt: suscipiunt: laudant: opa cele-
brant: de operatore tacef. Ergo in operib'
volo laudare creatorē: ingrati nō amo lau-
datozem. Laudas qd fecit: taces de illo qui
fecit. Quasi vō nisi ille tant' esset: iuuenires
quod laudares? In eo qd vides: quid ibi
laudatur? Species: vtilitas: aliqua virtus:
aliqua potentia rerum istaru. Si pulchritu-
do te delectat: quid pulchrius faciente? Si
vtilitas laudatur: quid illo vtilius qui fecit
omnia? Si virtus laudat: quid illo poten-
tius a q facta sūt oia: a quo etia facta nō di-
mittunt: sed reguntur et gubernant omnia?
Nō ergo quēadmodum quidā eloquētes
multi: laudantes creaturam: obliuiscetes
creatorē: nō sic te laudat generatio: et ge-
neratio in seruis suis collaudat opera tua.
Sed quomō laudat? Et virtutē tuam an-
nuiciabunt. In laudandis operibus tuis:
virtutē tuam annuicunt. Laudatores isti
sancti et boni fideles veri laudatores nō in-
grati gratie cum laudant opa dei: hec atq
illa summa et ima: celestia et terrestria inter
ipsa opera dei que laudant: et seipos inue-
nunt: qz et in operib' dei et ipsi sunt. Qui
eniz fecit omnia: ipse nos fecit inter omnia.
Proinde si laudas opa dei: et te laudatu-
rus es: quia et tu opus dei es. Ubi ē ergo:
nō te laudet os tuū? Ecce inuentū est quo-
modoz te laudare possis: et arrogās nō sis.
Beum in te lauda: non te: nō quia tu es ta-
lis: sed qz ille fecit te: nō quia tu aliquid po-
tes: sed qz potest ille in te et per te: ac p hoc
laudabunt te: et virtutē tuā annuiciabunt: nō
suam sed tuā. **Viscite ergo laudare: intue-
tes opa: miramini artificē: gratias agēdo:
nō arrogando. Laudate: qz ipse fecit: quia
sic constituit: qz talia donauit. Beniꝯ vi-
de que sequitur. Virtutē inquit tuam an-
nuiciabunt. Et magnificentia glorie sanctitatis tue loquetur: et mira-
bilis tua narrabunt. Et virtutem
metuendorū tuorum dicent: et ma-
gnitudinē tuā enarrabunt. Memoria abundantie suauitatis tue**

Alia lra.
t nō habet.

Alia lra.
t terribilitū.
t narrabūt.

eructabunt: Nō nisi tuū: nō nisi tuā. Iste
opeꝝ p'fiderator: vide si reflex' ē ab opante
ad op': vide si decidit ab eo q fecit ad ea q
fecit. Ab his que facta sunt gradum sibi fe-
cit ad eum: nō ab illo ad ista casum. Si em
amaueris hec plus q̄ illum: non habebis
illum. Et quid tibi pdest abundare operi-
b': si te deserit opator? Certe et ama h: s pl'
illum ama: et hec ppter illum ama. Annun-
cia virtutē eius: magnificentia glorie san-
ctitatis eius loquere: mirabilia eius enar-
ra: virtutē metuendorū dic. Iste em amabi-
lis est et terribilis. Non em blanditur et non
minat. Si nō blandiref: nulla esset exhor-
tatio: si non minaref nulla esset correctio.
Bicēt ergo laudatores tui: et virtutē metu-
endorū: virtutem creature tue pumentis: et
disciplinam dantis: dicent: non tacebunt.
Non em p'dicabunt regnū tuum eternum:
et tacebunt ignem eternum. Laus em dei in
via te cōstituens ostendere tibi debet: et qd
diligas: et quid timeas: et quid appetas: et
quid fugias: et quid eligas: et quid resicias.
Tempus electionis nunc est: acceptionis
postea erit. Bicat ergo virtus metuendo-
rum. Et magnitudinē inquit tuam enarra-
bunt eam. Sic infinitam: sic quēadmoduz
magnitudinis tue non est finis: non de illa
tacebunt. Illā inquit magnitudinē tuā: de q
supius dixeram: et magnitudinis tue nō est
finis: enarrabunt eā. Quō enarrabūt eā: si
finis nō ē? Enarrabūt eā cū laudabunt eā.
Et qz finis ei' nō ē: sic et laudis ei' nō erit fi-
nis. Probem': qz non erit finis laudis ei'.
Beati inquit qui habitant in domo tua: in
secula seculorū laudabunt te. Et magnitu-
dinē tuam illaz infinitam enarrabunt eam.
Memoria abundantie suauitatis tue eru-
ctabunt. Sepulas felices. Quid mandu-
cabunt qui sic eructabūt? Memoria abun-
dantie suauitatis tue. Quid est memoria
abundantie suauitatis tue? Quia nos obli-
tus nō es: cū nos oblitū te fuerim'. Omnis
em caro oblita erat deuz: ille tamē opa sua
nō est oblitus. Hec memoria eius sup nos:
qz nō nos oblit' est: p'dicanda est: enarra-
da ē. Et qz valde dulcē ē: māducāda et eru-
ctāda est. Sic māduca vt eructes. sic acci-
pe vt des. Māducas cum discas: eructas
cū doces. Māducas cū audis: eructas cū
p'dicas. Hoc tamē eructas qd māducasti.
Beniꝯ ille auidissim' epulatoꝝ Jobes apo-
stol': cui non sufficebat ipa mensa dñi: nisi
discūberet sup pectus dñi: et d arcano eius

biberet diuina secreta: quid eructauit? In principio erat verbum: et verbum erat apud deum. Memoria ergo abundantie suauitatis tue eructabit. Quod non sufficit memoria tua: nec memoria abundantie tue: vel memoria suauitatis tue: sed memoria abundantie suauitatis tue. Item quid prodest si abundat: et insuaue est? Item molestum si suaue et paruum est. Ergo memoria abundantie suauitatis tue eructabit: quia non es tu oblitus nostri: et non oblitus commemorasti nos: ut et nos reducas in memoriam. Commemorabunt enim et conuertentur ad dominum vniuersi fines terre. Quia ergo memoria abundantie suauitatis tue eructabit: intelligentes in se nihil boni esse quod a te non sit: nec potuisse conuertentur ad te: nisi commemorarentur abs te: nec reduci potuisse in memoriam tuam si tu obliuisceretur illorum. Hec desiderantes in gratia tua. Et iusticia tua exultabunt. Hec inquam in tua gratia confidentes: exultabunt iusticia tua non sua. Fratres si vultis eructare gratiam: bibite gratiam. Quid est bibite gratiam? Biscite gratiam: intelligite gratiam. Nos antequam omnino essemus non eramus: et facti sumus homines: cum ante nihil essemus. Beinde iam ipsi homines ex traduce illius peccatores et maligni eramus: et filij ire natura sicut et ceteri. Attendamus ergo gratiam dei: non solum quia fecit nos: verum etiam quia refecit. Qui ergo debemus quod sumus: illi debemus quod et iustificati sumus. Nemo quoniam tribuat deo quod est: et sibi tribuat quod iustus est. Melius est enim quod tibi vis tribuere: quam quod illi. Melius est enim aliquid esse quod iustus est: quam quod homo es. Inferius aliquid das deo: et superius tibi. Totum illi da: in toto ipsum lauda: ne cadas de manu artificis. Ut esses quod fecit: Nonne scriptum est: quod sumpsit deus limum de terra et formauit hominem. Antequam homo esses limus eras: antequam limus esses nihil eras. Sed non de isto solo signamento gratias agas artificis tuo. Audi aliud eius signamentum vbi te fecit: Non ex operibus ait: ne forte quod extollatur. Sed qui dixit: Non ex operibus ne quod extollatur: superius quid commemorauit? Gratia salui facti estis per fidem: et hoc ut salui essetis per fidei non ex vobis. Apostoli verba sunt non mea: gratia salui facti estis per fidem: et hoc ut salui essetis per fidem non ex vobis. Quis et hoc ipsum quod dixerat gratia: utique non ex vobis: sed ne quod aliter intelligeret: planius hoc aperire dignatus est. Ita intellectorem et totum dixit: Gratia salui facti estis. Tibi audis gratiam: gratis intellige. Si ergo gratia: nihil tu attulisti: nihil meruisti.

Non si meritis aliquid redditus est: merces est non gratia. Gratia inquit salui facti estis per fidem. Expone illud aptius propter arrogantes: propter sibi placetes: propter ignorantes dei iusticiam: et suauolentes constituit. Audi hoc idem apertum: Et hoc inquit quod gratia salui facti estis: non ex vobis sed dei donum est. Sed et nos forte aliquid fecimus: ut dona dei mereberemur. Non ex operibus inquit: ne forte quod extollatur. Quid ergo? Nos bene non operamur? Immo operamur. Sed quod. Pro in nobis operante: quod per fidem locum damus in corde nostro ei qui in nobis et per nos bona operatur. Audi enim vni operis bona. Ipsius enim sumus signamentum: creati in christo Iesu in operibus bonis: ut in illis ambulemus. Ista est suauitas abundantans memorie ipsius circa nos. Hanc eructando predicatores: iusticia eius exultabunt non sua. Quid ergo ut simus et laudemus ut iusticia tua exultemus: et memoriam abundantie suauitatis tue eructemus? Quid ergo nos fecisti domine quem laudamus? Biscimus et cum dicimus laudemus. Misericors et misericors dominus: longanimis et multus misericors. Suavis dominus omnibus: et miserationes eius in omnia opera eius. Nisi ille talis esset: de nobis reprobatio nulla esset. Attende ad teipsum quod merebaris peccator: contempitor dei quod merebaris. Quid si occurrit tibi nisi pena: si occurrit tibi nisi supplicium. Quid ergo quid tibi debebat: et quod dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori: data est spiritus iustificationis: data est caritas et dilectio in qua omnia bona facias: et super hec dabit et vitam eternam et societatem angelorum. Totum de misericordia: merita tua nusquam iactes: quia et ipsa tua merita illius dona sunt. Et iusticia tua exultabit misericors et miserator dominus: quod fecisti omnia gratis. Longanimis. Quantos enim sustinet peccatores? Misericors et miserator dominus in his quibus veniam dedit: in his quibus non dedit: adhuc longanimis: non dandas sed expectans: ipsa expectatione clamans: Conuertimini ad me: et ego conuertar ad vos: Et nimia longanimitate nolo inquit mortem impij tamen ut reuertatur et viuatur. Ille quod longanimis: tu autem per duriciam cordis tui et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: quod reddet unicuique secundum opera sua. Non enim modo sic longanimis in sustinendo: ut nusquam iustus in iudicando: distribuit tempora: vocat te nunc: exhortatur te nunc: expectat donec resipiscas: et tu tardas.

Alia lra.
 † patiens.
 † vniuersis.
 † super.

Magna eius misericordia in hoc quod dicit vixisti tibi incertum fecit: ut nescias quando hunc emigrabis: et cum quotidie speras te aliquando conuertas. Et in hoc eius magna misericordia. Ceterum si statuisset dies: omnibus faceret abundare peccata de securitate. Bedit ergo spem venie: ne desperando amplius pecces: et de spatio timenda est in peccatis. Videte vocem desperantis ad augenda peccata: et videte vocem sperantis ad augenda peccata: et quod vtriusque voci occurrit per uidentia et misericordia dei. Audi vocem desperantis. Jam inquit dandus sum: quare non facio quicquid volo: Audi et vocem sperantis. Misericordia domini magna est: quasi me puertero dimittet mihi omnia: quare non facio quicquid volo: Desperat ut peccet: sperat ut peccet. Vtriusque metuendum est: vtriusque periculosum: Elea desperatio: ve a perversa spe. Vtriusque uelut periculo: et vtriusque malo: quod occurrit misericordia dei. Quid dicis tu qui desperando uolebas peccare: Jam dandus sum: quare non facio quicquid volo: Audi scripturam: Nolo mortem impij: tantum ut reuertatur et uiuat. Hac uoce dei reducitur aliter in spe: sed timendum est aliter laqueus: ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas: quod spe magis peccas: Quando me puertero: omnia mihi deus dimittet: faciam quicquid uolo. Audi et tu scripturam: Non tardes uerti ad dominum: neque differas de die in diem: subito enim ueniet ira illius: et in tempore uindictae dispudet te. Noli ergo dicere: Cras me conuertam: cras deo placebo: et omnia hodierna et hesternae dimittentur mihi. Uerum quidem dicis: quod de conversione tua indulgentiam promisit: sed dilationi tuae diem crastinum non promisit. Suavis deus omnibus: et misericordiosus eius in omnia opera eius. Quare ergo dandus: Quare flagellat: An quis dandus: an quis flagellat non sunt opera eius? Plane opera eius. Et vis nosse quod super omnia opera eius miserationes eius? Inde est illa logarithmitas: quia facit solus suum ouem super bonos et malos. Nonne miserationes eius in omnia opera eius: qui pluit super iustos et iniustos: Nonne miserationes eius in omnia opera eius: Logarithmitis expectat peccatorem: dicens: Couertimini ad me et conuertar ad uos: Nonne miserationes eius in omnia opera eius: Et cum dicit: Ite in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius: hic non misratio eius: sed seueritas eius. Misratio eius reddita est operibus eius: seueritas eius est: non in opera sua: sed in opera tua. Benignus si tollas opera tua mala: et non in te remaneat nisi opus eius: non te dimittet misratio eius.

us. Si autem tu non dimittis opera tua: erit seueritas eius in opera tua: non in opera sua. **C**onfiteatur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant te. Omnia opera tua confiteantur tibi. Quid enim? Terra non est opus eius: Ligna non sunt opera eius: Pecora: bestiae: pisces: uolatilia non sunt opera eius: Plane et haec sunt opera eius. Et quod eius confitebuntur et haec. Uideo quidem in angelis confiteri illi opera eius: et enim opera eius sunt angeli: et homines opera eius sunt. Et cum confitentur illi homines: opera eius illi confitentur. Nihil ligna et lapides uocem habent confessionis: Proius confiteantur ei omnia opera eius. Quid dicis? Et terra et ligna omnia opera eius. Si omnia laudant: cur non omnia confitentur? Confessio enim non peccatorum tantum dicitur: sed et laudis: Me forte ubi cumque auditis confessionem: putetis iam non esse nisi peccati. Usque adeo enim hoc putat: ut quasi sonuerit te diuinis eloquijs: continuo sit consuetudo pectora tundere. Audi quod est et laudis confessio. Nihil quidem dominus Iesus christus habebat peccatum: Et tamen ait: Confiteor tibi pater domine celi et terre. Confessio est ergo in laude. Proinde quid accipiendum: confiteantur tibi domine omnia opera tua: Laudent te omnia opera tua. Sed talis questio redit ad laudem: quod quis erat in confessione. Si enim propterea confiteri non poterat: terra: ligna: et quaeque insensata: quod uocem non habent confitendi: ideo nec laudabunt: quod uocem non habent predicandi: Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant de ambulantes inter flamas innoxias: quibus spatium erat: non solum non ardendi: sed etiam laudandi deum: omnibus dicitur a celestibus uisus ad terrena: benedicite: hymnum dicite: et super altate eorum in secula: Ecce quod dicitur hymnum. Nemo hoc sentiat quod mutus lapis aut mutum animal habeat rationem intelligendi deum. Hoc qui putauerunt multum a ueritate aberrauerunt. Deus ordinauit omnia: et fecit omnia. Quibusdam dedit sensum et intellectum: et immortalitatem: sicut angelis. Quibusdam dedit sensum et intellectum cum mortalitate: sicut hominibus. Quibusdam dedit sensum corporis: nec intellectum: nec immortalitatem: sicut pecoribus mutis. Quibusdam uero nec sensum: nec intellectum: nec immortalitatem: sicut herbis: lignis: lapidibus: tamen et ipsa in genere suo deesse non possunt: et gradibus quibusdam ordinauit creaturam: a fra usque ad caelum: a uisibilibus ad inuisibilia: a mortalibus ad immortalia: Ista contextio creature: ista ordinatissima pulchritudo ab unis ad sum-

Alia lra
t. rbi.

ma conscendēs: a sumis ad ima descēdēs: nusq̄ interrupta: sed dissimilibus tēperata: tota laudat deū. Quare ergo tota laudat deuz: Quia cū eam consideras et pulchram vides: tu in illa laudas deuz. **Glor** quedā est mute terre: species terre. **Attēdis** eius speciē: vides eius secunditatē: vides eius vires: quomō concipiat semen: quomō plerūq̄ afferat qd̄ nō est seminatū: vides et cōsideratione tua tanq̄ interrogas eā: et ip̄a inquisitio interrogatio est. **Cū** autē inquisieris admirans et p̄scrutatus fueris: et magnā vī: et magnā pulchritudinez: preclarāq̄ virtutē inueneris: quoniā ap̄ se et a se habere hanc virtutem non posset: cōtinuo tibi venit in mentē: quia nō potuit a se ēē: nisi ab illo creatore: et hoc qd̄ in illa inuenisti vox p̄fessionis ip̄ius est: vt laudes creatorē. **Nōne** considerata vniuersa pulchritudine mūdi huius: tanq̄ vna voce tibi species ip̄a respōdet: nō me ego feci si deus: Ergo cōfiteatur tibi dñe oīa opera tua: et sancti tui b̄ndicant te: vt in cōfessione operū tuorū sancti tui te benedicāt: ip̄i sancti tui inspiciāt creaturā p̄fiteētē: et illorū vocē audi b̄ndicentē. **Eteñ** cū scī tui b̄ndicāt te: qd̄ dicūt: **Gloriā regni tui dicēt: et potentiā tuā loquent.** **Q̄** potēs de⁹ q̄ fecit terrā: q̄ potēs de⁹ q̄ impleuit terrā bonis: q̄ potēs de⁹ q̄ dedit vias suas p̄rijs aialibus: **Q̄** potēs deus q̄ semina diuersa dedit viscerib⁹ terre: vt germinarēt tantā varietatē fructuū: euz tanta specie arborū. **Q̄** potēs deus: q̄ magnus deus. **Qu** interroga: creatura respōdet: et de respōsione tāq̄ p̄fessioē creature tu sc̄tē dei b̄ndicis deū: **Et** potentiā tuā loq̄ntur. **Ut** notā faciāt filijs hominū **potentiā tuā: et gloriā magnitudinis et decoris regni tui.** Sancti ḡ tui cōmēdant gloriā magnitudinis decoris regni tui: magnitudinis decoris gloriā. **Est** quedā magnitudo decoris regni tui: hoc ē regnū tuū habet decorē et magnitudinem. **Qu** quidē q̄quid habet decorē a te habet decorē: ip̄m regnū tuū q̄lez decorē habet: **Nō** nos terreat regnū: habet et decorē q̄ delectemur. **Eteñ** quale illud dec⁹ est: Quo p̄fruent̄ sancti q̄bus dicef: **G**enite b̄ndicti p̄ris mei p̄cipite regnū dei. **Uñ** ibūt: **Q**uo ibūt: **V**idete fr̄es: et si potēs: quātū potēs: cogitate decorē regni illius qd̄ venturū ē. **Unde** est in oratione nostra: **A**dueniat regnū tuum. **Ipm̄** em̄ regnū optamus vt ve

Alia lra.
magnificētie
f nō habet.

giat: hoc regnū venturum sancti p̄dicant. **Undū** istā attēdite: decorē habet. **Quē** decorē habet terra: mare: aer: celū: sidera: **O**ia hec: nōne oēm p̄sideratorē terrēt: **Nōne** pulchritudo ip̄sa sic eminet: vt quasi pulchrius nihil inueniri possit: **Et** hic viuis in isto decorē: in ista pulchritudine p̄pe iā ineffabili. **Hic** viuūt tecū et vermīculi et mures: et oīa terre repētia tecū viuūt in decorē isto. **Quale** dec⁹ est illi⁹ regni: vbi tecū nō viuūt nisi angeli: **Nō** parū fuit vt diceret gloriā decoris. **P**otuit em̄ dici: **E**t glia decoris cuiuslibet speciē etiā in b̄ mūdo cōstitutē: vel de terra virētis: vel de celo fulgētis: **S**z magnitudinis decoris regni tui aliqd̄ cōmēdat: qd̄ nō dū videm⁹: qd̄ nū dū visum credim⁹: qd̄ creditū cōsideramus: p̄pter cui⁹ desiderū oīa sustinemus. **Est** ḡ magnitudo decoris cuiusdā: ametur anteq̄ videat: vt euz visa fuerit teneatur. **Regnū tuū: Qd̄** regnū dico: **Regnū oīm seculorū: Nā** et regnū hui⁹ seculi habet decorē suū: sed nō est ibi magnitudo illa decoris qualis est in regno oīm seculorū. **Et** dñatio tua in omni generatione et generatione. **Hec** est illa repetitio: vel oēm generationē significās: vel generationē illā q̄ erit post hāc generationē. **Fidelis** dñs i⁹ verbis suis: et sanct⁹ in oībus opib⁹ suis. **Fidelis** dñs in verbis suis. **Quid** em̄ p̄misit et nō dedit: **Fidelis** dñs in verbis suis. **Adhuc** quedā p̄misit et nō dedit: sed credat illi ex his que dedit. **Fidelis** dñs in verbis suis. **P**ossumus illi credere t̄mō dicēt: **N**oluit sibi credi dicenti: sed voluit teneri scripturam sanctā: quō si diceres alicui homini cū aliquid p̄mitteres: nō mihi credis ecce scribo tibi. **Eteñ** qz generatio vadit et generatio venit: et sic trāscurrūt ista secula cedētibus succedētibusq̄ mortalibus: scriptura dei manere debuit: et qd̄dā chirographum dei qd̄ oēs trāseūtes legerēt: et viā p̄missionis ei⁹ tenerēt. **Et** quāta sunt que reddidit ex isto chirographo: **B**ubitāt hoīes credere illi de resurrectione mortuorū: et de futuro seculo qd̄ solū iā reddēdū restat: qñ si faciat rationē cū infidelibus: erubescūt infideles. **Si** dicat tibi de⁹: chirographū meum tenes: iudiciū p̄missi direptioē bonorū et malorū: regnū sempit̄nū fidelib⁹ et nō vis credē: **I**bi in chirographo meo lege oīa q̄ tibi p̄missi: deduc mecū rōnē: certe v̄l cōputādo q̄ reddidi potēs me credē: redditurū

Alia lra.
t omnibus.

esse quod debeo. In ipso chirographo habes
 pmissu unicum filium: cui non peperi: sed pro vo-
 bis omnibus tradidi eum: Ita computa in redditu:
 lege chirographum. Promisi tibi pro filio meo
 pignus spiritus sancti me daturum: computa reddi-
 tum. Promisi tibi sanguinem: et coronas mar-
 tyrum gloriosissimorum: computa redditum: admo-
 neat te massa debiti mei. Sed hec gloria mar-
 tyrum ut redderet tibi pmissa in chirogra-
 pho: ubi scriptum est: Propter te mortifica-
 mur tota die: ut hoc redderet. Fremuerunt
 gentes et populi meditati sunt inania: Astiterunt
 reges terre: et principes conuenerunt in unum ad-
 uersus dominum et aduersus christum eius. Prin-
 cipes conuenerunt in unum: aspirantes aduer-
 sus christianos. Quid? Ipsorum regum fidez:
 Nonne et pmissi in chirographo: et reddidi in
 effectu: Attende ubi pmissi: Adorabunt eum
 omnes reges terre: omnes gentes seruient illi. In-
 grate legis debitum: cernis redditum: non cre-
 dis pmissum: Lege aliud in chirographo
 meo: Quia fremuerunt gentes: quia inimici mei
 dixerunt mala mihi: hoc est christo: quia mo-
 rietur et peribit nomen eius. Quia hec omnia fece-
 runt atque dixerunt: lege quod pmissi: cui me sol-
 uendo obstrinxi. Preualebit dominus aduer-
 sus eos: et exterminabit omnes deos gentium
 terre: et adorabunt eum unusquisque de loco
 suo. Nepe iam preualuit: exterminauit omnes de-
 os gentium terre. Nonne et hoc facit: et reddi-
 dit: An oculos omnium ponit solutionem debi-
 torum suorum. Quedam reddidit sub maioribus
 nostris quam nos non vidimus: quedam reddidit
 temporibus nostris quam illi non viderunt. Per om-
 nes generationes reddidit quae scripta sunt: et
 quid: restat non ei credituris: His omnibus red-
 ditus: quid restat? Ecce fecisti rationem: tanta
 reddidit: Nunquid propter pauca residua
 infidelis est factus? Absit. Quare? Quia fi-
 delis dominus in verbis suis: et sanctus in omnibus
 operibus suis. **C**onfirmat dominus omnes de-
 cidentes: Sed quos omnes decidentes: Dominus
 non omnino decidentes: sed modo quodam deciden-
 tes. Etiam multi decidunt ab eo: multi autem
 decidunt a cogitationibus suis. Si habebant
 malas cogitationes decidunt ab eis: et confir-
 mat dominus omnes decidentes. Qui aliquid amit-
 tunt in isto seculo et sancti sunt: veluti exho-
 norantur in isto seculo: et diuitibus fuerunt pau-
 peres: ex honoratis fiunt abiecti: et tamen sancti
 dei sunt: tanquam decidentes sunt. Sed con-
 firmat dominus omnes decidentes. Septies enim ca-
 dit iustus et resurgit: impij autem infirmabun-
 tur in malis. Quia mala accidunt ipsi infir-

Alia lra.
 † alleuat.
 † qui corruunt.

mani ibi. Quia mala accidunt iustis: confirmat
 dominus omnes decidentes. Deciderat Job a glo-
 ria pristina lucis temporalium rerum quibus nitebat:
 ad tempus deciderat a gloria domus sue. Tul-
 tis nosse quantum deciderat. In stercore se-
 debat: et confirmauit dominus decidente. Quan-
 tum confirmauit: Et in ipso graui vulnere quod
 pro toto corpore percussus erat responderet ve-
 ro temptanti quam solam sibi diabolus reliquerat
 adiutricem: Locuta es tanquam vna ex insipienti-
 bus mulieribus: si bona precepimus de manu
 domini mala non sustineamus: Quod confirma-
 uerat decidente: Confirmat dominus omnes deci-
 dentes. Si ceciderit inquit iustus non con-
 turbabit: quia dominus confirmat manus eius. Et
 erigit omnes elisos. Omnes ad se pertinentes.
 Nam deo superbis resistit. **O**culi omnium
 in te sperant: et tu das escam illis in
 opportunitate. Proius tanquam reficiens
 egrotum in opportunitate quam debet accipere
 tunc das: et quod debes hoc das. Itaque aliqui
 desiderant ab illo et non dant: nouit hora dan-
 di quod curat. Quare ista dico fratres: Ne quis
 quam forte non fuerit exaudit? aliquid iustum pe-
 tens a deo: nam quam iniustum aliquid petit in pe-
 na sua exaudit: sed aliquid iniustum non pe-
 tens si forte non fuerit exaudit? non minuatur
 animo non deficiat: expectet oculi eius ad
 escam quam ille dat in opportunitate: Quia non
 dat: Job non dat ne obsit quod dat. Neque enim
 aliquid iustum petebat Apollus: quam rogabat ut
 auferretur ab eo stimulus carnis angelus sa-
 thane: a quo colaphizabatur: et tamen rogauit et
 non accepit: quia tempus adhuc erat exercende
 infirmitatis: non esce opportunitatis. Suffi-
 cit inquit tibi gratia mea: nam virtus in infir-
 mitate perficit. Petijt Job temptandum diabo-
 lus et accepit. Attendite fratres mei magnum my-
 sterium discendum: repetendum: tenendum animo: nu-
 quam obliuiscendum propter abundantiam temptatio-
 num in isto seculo. Quid dicam? Reuera com-
 parandus Apollus diabolo: Apollus rogat et
 non accipit: diabolus petit et accipit. Si non
 accipit Apollus propter perfectionem suam: accepit
 diabolus ad damnationem suam. Benignus ipse
 Job accepit sanitatem in opportunitate: Si-
 larus enim ut pbaret: et diu sedit in puluere: et
 multa dixit: et rogabat deum ut auferrent ab
 eo ista: et deo non auferbat. Cum diabolus
 exaudiuit ad eum temptandum: quod ipsum Job ad
 sanandum. Discite ergo non murmurare aduer-
 sus deum: et quam non exaudimini: ne deficiat in
 vobis quod supra scriptum est: Per singulos
 dies benedicam te. Ipse filius: ipse vnicus patris

Alia lra.
 † dicit. † illoz.
 † tpe oppositio

vtiq̄ venerat soluere qđ nō debbat: mori in manib⁹ pctōrū: sanguine suo delere chi rographū mortū nr̄e: Ad hoc venerat: et tñ vt ostēderet exemplū patiētie: trāfigura- uit corpus hūilitatis nr̄e cōforme corpori gl̄ie sue. Pater inq̄t si fieri p̄t: trāseat calix iste a me. Et vt ipleret: q̄uis nō acciperet qđ petere videbat: p̄ singulos dies bñdicā te: verū non qđ ego volo ait: sed qđ tu vis pater. Oculi oīm in te sperāt: et tu das escā illis in opportunitate. **Aperis tu ma- nū tuā: et impleas omne aīal bñdic- tione.** Et si nō das: aliqñ das tñ in oppor- tunitate. **Biffers nō auferis: et h̄ in oppor- tunitate.** **Iustus dñs in oibus vijs suis:** Et qñ cedit et qñ curat iustus est: et apud eū inīqtas nō est. **Beniq̄ oēs sanc- ti in tribulatiōib⁹ p̄stituti prius iusticiā ei⁹ laudauerūt: et sic bñficia petuerūt: p̄ri⁹ di- xerūt iustum est qđ facis.** Sic rogauit Ba- mel: sic aliī sancti: **Iusta sūt iudicia tua: be- ne passi sumus: recte passi sum⁹.** Nō dede- rūt deo iniusticiā: nō ei dederūt iniquitatē et insipiētiā. **Laudauerūt p̄mo flagellantē: et sic senserūt cibantē.** **Iustus dñs ī oibus vijs suis.** Nemo putet illū iustū: qñ mali aliqđ forte patit: sed ipsi⁹ iusticiā laudet: et suā iniusticiā accuset. **Iust⁹ dñs in oibus vijs suis.** **Et sanct⁹ in oibus opibus suis.** **Prope est dñs oibus inuo- catibus eū:** Et vbi est illud: erit eū cuz inuocabūt me et nō exaudia eos: Ergo vi- de qđ sequit. **Omnib⁹ q̄ inuocat eū in veritate.** **Haec multi eū inuocat nō in veritate:** Alii ab illo q̄rūt nō ipm querūt. **Quare amas deū? Quia dedit mihi sani- tatē.** **Istud māifestū ē: qz ip̄e dedit.** Nō. n. ab vilo ē vlla salus: nisi ab illo. **Quia de- dit mihi inq̄t vxorē diuitē q̄ nihil habebā: et seruientē mihi.** Et h̄ ip̄e dedit: vtz dicit. **Bedit inq̄t filios: et multos: et bonos: dedit familiā: dedit oīa bōa.** **Hō amas: Hō nihil ampli⁹ queris: Esto esuriens: adhuc pulsa ad ianuā patrisfamilias: habet adhuc qđ det.** **In medicitate es cū oibus his q̄ acce- pisti: et nescis.** **Pānosam carnē mortalita- tis adhuc portas: stolā illā glorie imortali- tatis nūquid accepisti: et qñ iā satiat⁹ nō ro- gas.** **Beati q̄ esuriūt et sitiūt iusticiā: qz ip̄i saturabūtur.** Ergo si bon⁹ est de⁹: qz ista ti- bi dedit: quanto beatior eris cū seipm tibi dederit: **Besiderasti tāta ab illo: rogo te de- sidera et ipm.** **Neq̄ eū vere dulciora sunt ista q̄ ille: aut ex aliq̄ pte cōpanda sūt illi.**

Ergo qui deū ipm a quo accepit: de quib⁹ gaudet p̄ponit his oibus rebus q̄s acce- pit: ip̄e inuocat deū in veritate. **Nā vt noue- ritis si talib⁹ hoibus p̄ponat et dicatur: qđ si ista oīa de quib⁹ gaudes velit tibi aufer- re de⁹: iā nō amabit: Nō erit q̄ dicat: Bñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita fa- ctū est: sit nomē dñi bñdictū.** Sed forte qz abstulit quid dicit: **Be⁹ qđ tibi fecit: Qua- re mihi abstulisti et illis dedisti: Iniq̄s das et tuis tollis: Accusas deū quasi iniustū: et laudas te quasi iustū.** **Conuertere: accusa- te: lauda illū.** **Tunc eris rectus: cū in om- nib⁹ bonis q̄ facit de⁹ tibi placet: in oibus malis q̄ pateri de⁹ tibi nō displicet.** **Hoc ē inuocare deū in veritate: Qui sic inuocant dñm exaudit eos: p̄pe est: ibi est: nō dū de- dit qđ vis: ibi est tñ: quō medicus si forte aliqđ imponat: vel oculo: vel viscerib⁹ qđ vrendo sanet: si roget eger vt tollat illi: me- dicus expectat tempus: nō facit qđ rogat eger: nō tñ recedit: et p̄pe est et non facit: et iō maḡ nō facit qz p̄pe ē.** **Curadolem̄ ipo- suit qđ iposuit: et curado si facit qđ rogať.** **Nō te exaudit ad p̄sentē voluntatē exau- diēdo ad futurā sanitatem: et hoc vtiq̄ ad voluntatē.** **Nā vtiq̄ sanus esse vult etiā q̄ vri nō vult.** **Prope est q̄ dñs oibus inuo- cantib⁹ eum.** Sed quib⁹ oibus? **Omnib⁹ qui inuocat eū in veritate.** **Tales oēs con- firmat decidētes: qui inuocat eū in verita- te.** **Voluntatē timētū se faciet: fa- ciet faciet: et si nō faciet ad horā: tamē faci- et.** **Certe si ideo times deū vt tu facias ipsi- us voluntatē: ecce et ipse quodāmodo mi- nistrat tibi: facit voluntatē tuam.** **Et pre- ces eorum exaudiet: et saluos faci- et eos.** **Vides ad hoc exaudire medicū vt saluos faciat.** **Quā hoc: Audi Ap̄lm di- centē: Spe eū salui facti sumus: spes autē que videt nō ē spes: Si autē qđ nō vide- mus speram⁹ p̄ patientiā expectamus: sa- lutē scilicet quā dicit **Ip̄etr⁹ paratā reuela- ri in tēpore nouissimo.** **Custodit dñs oēs diligētes se: et oēs peccatores disperdet.** **Videtis qz est apud eū seue- ritas: apud quez tanta suauitas.** **Saluos faciet omnes sperantes in se: oīs fideles: oēs timētes se: oēs inuocātes se in verita- te: et oēs pctōres disperdet.** **Quos omnes pctōres: nisi pseuerātes in peccatis: deū: nō se rep̄hēdere audētes: cōtra deū quoti- die disputantes: veniā delictōz desperā- tes: et ex ipsa desperatione delicta cumula-****

Alia lra.
t inuocantib⁹.

Alia lra.
t. de p̄cationē.

tes: aut veniā sibi puerse pmittentes: et ex ipa pmissione a pctis et impietate nō recedentes. Etenim tpus vs̄ separent̄ isti oēs: et fiat ille due pres: vna ad dexterā: altera ad sinistrā: accipiat iusti regnū eternū: eant illi in ignē eternū: et oēs peccatores dispdet. **Qm̄** hec ita sunt et audiūm̄ bñdictionez dñi: opa dñi: mirabilia dñi: misericordias dñi: seueritatē dñi: prudentiā in oibus opibus ei: p̄fessionē oim̄ operū eius: qđ in laude ei cōcludat attendite. **Laudē dñi loquet os meuz: et bñdicat ois caro in omē sanctū ei in seculū et in seculū seculi.**

Alia lra.
et laudationē.
et nomini sc̄to.

Explicit Tract. de ps. CXLIII.

Incipit Tract. de ps. CXLV.

Prefatio.

Dicite sp̄s n̄ri diuina cātica: vbi et fletus sine gaudio nō est. **Fideli hōi et pegrino in seculo nulla ē iocundior recordatio: q̄ ciuitatis vs̄ pegrinat. Sed recordatio ciuitatis in pegrinatione: nō est sine dolore atq̄ suspirio. Spes tñ redit̄ nostri certa: etiā pegrinādo tristes cōsolatur et exhortat. Rapiat cor v̄m verbū dei: et possessor v̄r vendicat sibi possessiōnē suā: id est mētes v̄ras: ne auertatur in aliud. Unusq̄sq̄ v̄m tot⁹ hic sit: vt hic nō sit. Id ē: totus sit in verbo dei qđ sonat in terra: vt ab eo exaltet: et nō sit in terra. Gō em̄ de⁹ nobiscū: vt et nos cum illo. Qui em̄ vt nobiscū esset descendit ad nos: faciat vt cū illo possim⁹ ascendere ad se. Interim ipse peregrinationē nostrā non fastidiuit: qz nusq̄ est peregrinus: qui condidit omnia. Ecce psalm⁹ sonat: Cuiusdā vox est (que si vultis vestra est) exhortātis aiām suā ad laudandū deū: et dicentis sibi.**

Expositio psalmi.

Lauda anima mea dñm: Aliqñ em̄ in tribulatiōibus atq̄ in tēptatiōibus p̄ntis vite velle nolis pturbat aiā. Qu⁹ pturbationē in alio psalmo alloquitur dicēs: Quare tristis es aiā mea: et q̄re cōturbas me: Ut aut̄ auferat ei eandē pturbationē suggerit gaudiū: nō dñi de re: sed de spe: et ait illi pturbate: et anxie: tristi: et merēti: Spera in dño qm̄ adhuc cōfitebor illi. Spem qua se erexit et in cōfessione cōstituit: quasi diceret ei aiā sua que illum tristitia pturbabat. Quid mihi dicis: Spera in deo: Reuocat me cōscientia peccator. Ego noui que comisi: et dicis: Spe-

ra in deū: Comisisti verū est: vnde tñ speras: Qm̄ cōfitebor illi. Sicut odit de⁹ peccata sua defendentē: sic subleuat confitentē. **Hac q̄ accepta spe: que spes nō pōt eē sine gaudio: q̄uis in reb⁹ sim⁹ difficilibus fm̄ istā vitā: et plenīs pcellaz et tempestatū: hac tñ spe erecta aiā qz gaudet in spe: sicut dicit Ap̄lus: Spe gaudētes in tribulatione paciētes: accipit erectionē quādā in deū vt laudet deū: et dicit ei: Lauda aiā mea dñm. Sed q̄s dic̄: Et cui dicit: Quid dicim⁹ fratres: Caro dicit: Lauda aiā mea dñm. Et pōt caro bonū p̄siliū aiē suggerē: vt multū sit edomita caro: et a dño imp̄tū v̄rib⁹ nostre seruituti subiecta: vt oīno ita seruiat nobis: sicut p̄ditionale mancipiū: Sufficit vt nō impediāt. Deinde carissimi v̄biq̄ cōsilia a meliorib⁹ petūtur: et si bonū quiddā est anima nostra: et bonū quiddā est caro n̄ra: qz v̄trūq̄ ille creauit qui fecit oīa bona valde. Quis q̄ in generibus p̄p̄rijs v̄trūq̄ sit bonū: tñ dicit Ap̄lus: Corpus quidē mortuū est p̄ pct̄m. Est itaqz et illud corp⁹ q̄le nobis pmittit: et nōdū habem⁹: in cui⁹ redēptione spe gaudem⁹: dicēte Ap̄lo: In nobis inctipis ingemiscim⁹ adoptionē expectātes redēptionez corpis n̄ri: Spe em̄ salui facti sum⁹: spes aut̄ q̄ videt̄ n̄ ē spes: Qd̄ em̄ videt̄ qđ qđ spat: Si aut̄ qđ nō videm⁹ speram⁹: p̄ patiētiā expectam⁹. Quis q̄ bonū aliqd̄ sit corp⁹ n̄m: tñ q̄diu mortale p̄ pct̄m: q̄diu idigēs: q̄diu corruptibile: q̄diu ita mutabile vt ne p̄cto qđē t̄pis p̄sistat in se: p̄caldubio tale ē vt optem⁹ redēptionē illi q̄ sit aliqñ nō tale. S; quale erit aliqñ: Quale idem Ap̄ls dic̄ alio loco: Oportet corruptibile b̄ induere incorruptionē: et mortale b̄ idue re immortalitē. S; etiā cū fuerit tale corp⁹ nostrū: corpus iā celeste et sp̄iale: corp⁹ angelicū in societate āgeloz: nec sic dabit cōsiliū aiē. Sēp em̄ corp⁹ qm̄ corp⁹ ē: infra aiām est: et quis aiā v̄lis excellētissimo corpore excellētior inuenit. Ne vobis hoc q̄si mirabile videat: qz et v̄lis aiā q̄libet peccatrix melior ē q̄libet magno et p̄sātissimo corpore: nō est melior merit⁹: sed natura. Est quidē aiā peccatrix: est q̄busdā cōcupiscētiarū sordib⁹ inq̄nata: tñ meli⁹ est et si sordidū auz: q̄ purgatissimū plumbū. Ita currat anim⁹ vester p̄ cūcta creature: et videbitis qđ dicimus nō esse incredibile: et q̄uis aiā vituperabilis sit: tñ laudabilior corpore laudabili. Duo quedā sunt aiā: et corpus**